



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones mediocres sancti Bonaventure de tempore

Bonaventura <Sanctus>

Argentine, 14. III. 1496

De quinq[ue] mirabilib[us] in eucharistia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31133

De eucharistia

panem et vinum. Et deus dicit ibi esse carnem et sanguinem. Unde dominus in euangelio. Qui vult venire post me abneget semetipsum. id est proprium intellectum et propriam voluntatem. Unde illud. Vocatis me magister et domine. et bene dicitis. sum etenim. Quia ergo magister est. debemus magis ei credere quam nobis. Et quia dominus est. abnegare debemus propriam voluntatem. et ei tanquam domino obedire. id est. voluntatem nostram voluntati eius conformare.

Quinta causa est ut epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. Unde Psalmus. Parasti in conspectu meo mensam. Et Augustinus dicit. Ut panem angelorum manducaret homo. creator angelorum factus est homo. De hoc pane dicitur Sapientia. xvj. Panes de celo prestitisti eis sine la. omne delectamentum habentem et omnis saporis suavitatem. De illo autem pane verissime dicitur. quod habet omnem delectamentum in se. Delectat enim visum spiritualiter per pulchritudinem. Unde. Speciosus forma. Auditum per melodiam. Psalmus. Audiam quid loquatur in

me dominus deus. Olfactum per spirituale odorem. Cantus. Curramus in odorem vinum. Gustum per dulcedinem. Psalmus. Quia magna multitudo dulcedinis tue domine. Tactum per spirituale suavitatem. Unde Psalmus. Gustate et videte quoniam suavis est dominus. Delectat ut dicitur. quia in ipso sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Sexta causa est. ut homo qui per esum de ligno scientie boni et mali fuerat mortuus per esum ligni eterne vite reuiuisceret. Unde sic de illo ligno dictum est. quacumque die comederis moriemini. ita de hoc pane dictum est. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Septima et ultima est. ad remedium venialium que quotidie committimus.

De quinque mirabilibus in eucharistia.

Elus do

3 mus tue comedit me. id est. comest. biles me fecit. Nota quinque mira-

billia in sacramento altaris omnem sensum excedentia.

Primū est q̄ ibi est existētia sine apparentia. i. q̄ ibi est verum corp⁹ christi. nec apparet. exempluz de lapide q̄ reddit hominē inuisibilem. Unde Isa. Vere tu es de⁹ absconditus Nota de ysaac ad quē venit iacob portans cibaria. qui fuit deceptus in omnib⁹ sensib⁹. p̄ter q̄ in auditu. quia dixit. Vox quidē vox iacob ē. Sic omēs sensus hominis decipiunt p̄ter q̄ auditus verborū que proferunt a sacerdote ministro christi. Secundū q̄ ibi ē apparentia sine existentia. scz apparentia panis. vt ē sapor. color z cetera huiusmodi Et hui⁹ similitudo probat̄ i speculo vbi imago hominis apparet. z ex veritate nihil est. ita hic panis apparet. cū tamen nihil panis ibi sit. Tercū q̄ ibi est christ⁹ sub tantula forma panis tā p̄fect⁹ z magnus. sicut de ygine natus. in cruce suspensus. in celuz eleuatus. Et hoc p̄bat̄ etiā in speculo. vbi i modica forma homo magnus. imo maxima ciuitas z hmōi apparet Sic christ⁹ quantūcūq̄ ma

gnus sit. sub tā modica forma panis existere potest.

Quartū est q̄ fractis particulis illius formule ip̄e integer remanet. quod similiter in speculo videtur. fracto speculo in plures partes. facies hominis manet illesa i qualibet particula vna z eadem. sic in sacramento altaris. fracta formula panis in qualibet parte est verū christi corpus integrum. illesum et indiuisum. Quintū est q̄ hisdem temporibus in locis diuersis est idem z vnus et indiuisus. quod etiam in speculo apparet. Si enī homo intret in domum circumdataz speculis. facies sua cū sit vna z ip̄emet totus in quibet speculo relucet in se tamen indiuisus. Similiter christus in mille locis est indiuisus. Similiter apparet in voce in sole z huiusmodi. Licet in his omnibus sensus reclamēt hominis. sed sancta fides affirmat. quia si hec in creaturis. longe potius in creatore qui omnia potest. z omnia fecit. quia omnia sunt ei possibilis. qui potest aq̄m z vinum in sanguinē. z panē in carnem. mutare. ea pote

De eucharistia

state qua ignis suspensus fu-
it a cōbustione rubi. et aqua
a fluxu in mari rubro. et virtus
motiva solis et lune tempo-
re iosue. et reducta spe Eze-
chie. Quōd hoc erit impossi-
le deo. cū elementa mutēt re-
rū naturas. aqua oua pisciū
in pisces. ligna in petras. ter-
rā in lapides. terra grana in
herbas. semina in arbores.
aer nubes nunc in pluias
in rores in pruinas in gran-
dines. Ignis arbores inci-
nerat. et cineres in vitrū. lapi-
des in metalla. Quanto ma-
gis deus q̄ fecit elem̄ta. mu-
tauit terrā in adam. aquā in
sanguinē in egypto. Si rex
paruus hō habet tantaz po-
testatē. potius deus. si gēma. si
dictio deus cōprehendit trini-
tatem. om̄ne quicquid potest eē
et cetera. Si quis de corpore quō
tam diu duret cū comestum
sic multis annis. Respondeo
Quia dominus omnipotens
sicut ordinauit. in terra paruit
semper homines et iumenta
et cetera. et tamē terra nō est consumpta
nec fundus minorat.

De digne com-
municantibus.

Robert se

pro ipse homo et tunc de
pane illo edat. Homo qui
digne vult cōmunicare de-
bet se probare. et inueniet in ho-
stia septem. septē vitijs capi-
talibus opposita. que sunt bec
Landida. triticea. tenuis nō
magna. rotunda. Expers fer-
menti. nō salsa sit hostia xpi
Primo debet esse hō can-
didus in castitate. vel virgi-
nali. vel coningali. vel vidua-
li. Rume. xvij. Immundus
non vescetur ex eis. Se-
cundo triticens. Triticum
est dulcius et sapidius omni-
bus granis. sic tu sis mitis et
mansuetus et dulcis verbis
et opere. nō iracundus. quia
scriptum est. Non est bonū
sumere panem filiorum et dare
canibus qui alios mordent
Matth. Nolite sanctus da-
re canibus dicit dominus pro-
bibendo. Apocalip. Foris
canes venefici et immundi.
Tercio tenuis. s. sobrius
non in crapula. ad Heb. iij.
Habemus altare de quo eden-
di non habent potestatem.
qui taber. deseruiunt Blosa
id est. voluptatibus carnis.